



CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De s[an]cto Asterio martyre. Cap[itulum]. lxxxix.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

presbyteris et clericis multis. His etiam occurrit sponsus beate Ursule ethereus nomine patre suo iam christiano defuncto et matre cum sororibus baptizatis: qui diuinas iam reuelationem habuerat: ut sponse sue occurreret: et cum ea palmam susceperet: qui secum de britannia sororum dariam adduxit cum paruula sorore nomine florentina: et quendam clementem episcopum. His etiam se rome contulerat marculus episcopus grecie cum sorore sua constantia filia dorothei imperatoris constantinopolitani: qui cuiusdam regis filio nupsit: sed eo ante translationem morte preueniente uirginitatem suam christo deuonerat. Omnes igitur uirgines cum predicatis episcopis et multis alijs colontiam redierunt: et ipsam iam ab huius obsessas inuenerunt. In quibus irruentes barbari uelut in oues lupi: totam illam gloriosam multitudinem gladijs peremerunt. Sicque coronam martyrii perceperunt. Cum autem uidissent ursule pulchritudinem: manum retraxerunt. Sed cum impio iuliano huiusmodi duce nollet mabere: nec idolis immolare: ille coram se uidens: directa sagitta eam in corde transfixit: et sic illa ad dominum migravit. Quaedam autem uirgo nomine corbula timore perterrita in nauis nocte illa se abscondit: sed in crastinum mortem se offerens martyrii coronam suscepit. Quorum corpora a fidelibus collecta: apud colontiam honore condigno tumulata sunt: et honorabilis ecclesia cum nobiliter monasterio uirginum ad memorias earum fabricata sunt. Passet sunt autem uirgines undecim milia cum socijs earum duodecimo kalendas nouembrijs: circa annum domini. cccc.

De sancto Hilarione abbate. Cap. lxxviii.



Hilarión

abbas: cuius uisitas hieronymus scribit: apud egyptus clarus est. Qui oritur uisitas

co tabath: quod quinq; milibus a gaza urbe palestine distat: parentibus gentilibus christianus ipse ut rosa de spinis floruit: sed alexandriam a patre missus in breui grammaticam didicit: et in christum credens ecclesiam frequentare cepit. Audiens autem celebre nomen antonii: quod per omnes egypti populos ferebatur: uidendi eum studio perrexit ad heremum: et statim mutato habitu duobus mensibus secum mansit: cõtemplans ordinem uite eius: morumque grauitatem. Reuersus autem cum quibusdam monachis ad patriam: parentibusque defunctis officia pauperibus largitus est: nihil sibi omnino reseruans. Sicque annorum quindecim nudus et armatus in christo solitudinem ingressus est: sacco tamen membra coopertus quinq;

decim caricas post solis occasum comedebat. Igitur a decimo sexto etatis sue anno usque ad uigesimalium estus et pluuas breui turgio declinauit: quod iusto referat. Structa deinceps breui cellula longitudine pedum quinq; latitudine paulo ampliore que eius corpusculum patiebatur: ut sepulchrum potius quam domum crederes. Capillos in anno die pasche semel toro dir: sup nudam humum usque ad mortem cubauit. Saccum quo semel indutus fuerat nunquam mutauit: nunquam lauit: orationi et psalmodie iugiter instabat: ab anno uigesimalimo incipiens tribus annis et dimidio lenem aqua frigida madefactum comedit: deinde tricenno panem aridum cum sale et aqua: deinde per annos nouem sex uncias hordeaceti panis et coctum modicum olus in cibo habuit: sed lassus egritudine oculo: um oleum adiecit. Et in tali ieiunio usque ad sexagesimum quartum etatis sue annum perseverauit. Abinde usque ad annum octuagesimum pane abstinuit incredibili seruire meritis accessus. Stiebat aures et sorbitu cula de farina et comminuto olere in cibo et potu usque quinq; uncias appendentibus. Nunquam ante solis occasum gustauit: neque ulla solenitate ieiunium soluit. Igitur porētissimus miraculis et sanctitate incomparabilis octogesimo etatis sue anno cum esset absens hesychius: qui cum familiarissime colebat in testamēti uicem breuim scripsit epistola: omnes diuitias suas et derelinquens. Euangelium uidelicet tunicam saecinam: cucullam et palliolum. Et postquam annis. lxxv. deo seruierat ad extrema deueniens spiritum emisit. xij. kal. nouembrijs. Statim corpus eius humo obrutum est: quia sic ipse omnes qui ad egorantem uenerat adiuuauit. Quod postquam hesychius palestine audiuit: perrexit cypum: et corpus eius furatus post menses decem in palestina nauigio detulit: et in antiquo monasterio condidit: illeis tunica et cuculla: corporeque immensis odoribus refragante.

De sancto Asterio martyre. Cap. lxxviii.



Asterius

martyr: Rome passus est sub alexandro ipatore: qui a beato calisto papa presbyter ordinatus fuit. Et post eius passionem corpus eiusdem pontificis cum clericis suis rapiens sepeluit: ut dictum est supra in passione calisti pape pridie idus octobris. Post dies autem quinq; alexander imperator hoc audiens tenuit asterium presbyterum: quem precepit per pontem in tyberim precipitari. Rufus corpus apud ostiam reperit: et in eadem ciuitate a quibusdam christianis sepultum est duodecimo kalendas nouembrijs.